

Universitätsbibliothek Wuppertal

M. Tvllii Ciceronis Opera Omnia

Cicero, Marcus Tullius

Basileæ, MDCLXXXII

In L. Catilinam I

Nutzungsrichtlinien Das dem PDF-Dokument zugrunde liegende Digitalisat kann unter Beachtung des Lizenz-/Rechtehinweises genutzt werden. Informationen zum Lizenz-/Rechtehinweis finden Sie in der Titelaufnahme unter dem untenstehenden URN.

Bei Nutzung des Digitalisats bitten wir um eine vollständige Quellenangabe, inklusive Nennung der Universitätsbibliothek Wuppertal als Quelle sowie einer Angabe des URN.

[urn:nbn:de:hbz:468-1-1133](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:468-1-1133)

æternæ videntur esse, tum maximè quod OPTIMI, & sapientissimi consilijque animus ita præsentit in posterum, ut nihil, nisi sempiternum spectare videatur. Quapropter equidem & C. Marii, & ceterorum virorum, sapientissimorum, ac fortissimorum civium, mentis, quæ mihi videntur ex hominum vita: ad deorum religionem & sanctimoniam demigasse, testor, me pro illorum fama, gloria, memoria, non secus, ac pro patris fanis, atque delubris propugnandum putare: ac, si pro illorum laude mihi arma capienda essent, non minùs strenuè caperem, quam illi pro communi salute ceperunt. Etenim, Quirites, XXI. C. V. M. nobis vitæ curriculum natura circumscripsit, immensum gloriæ. Quare, si eos, qui jam de vita decesserunt, ornabimus: justiore nobis mortis conditionem relinquemus. Sed, si illos, Labiene, quos jam videre non pos-

sumus, negligis: ne his quidem, quos vides, consuli putas oportere? Neminem esse dico ex his omnibus, qui illo die Romæ fuerint, quem tu dicem in iudicium vocas, pubesque tum fuerit, quin arma ceperit, quin consules servatus sit. omnes ii, quorum tu ex ætate conjecturam facere potes, quid tum fecerint, abs te rei capitis, C. Rabirii nomine, citantur. At occidit Saturninum R. birius. Utinam scississet, non supplicium deprecater, sed præmium postularem. Etenim, si Scevæ, seruo Q. Crotonis, qui occidit L. Saturninum, libertas data est: quod equiti R. præmium dæri par fuisset? & si C. Marius, quod fistulas, quibus aqua suppeditabatur Jovis Optimi Maximi templis, ac sedibus, præcidi imperarat, quod in clivo Capitolino in improborum civium.

Desiam, ut videre est, non pauca.

L. Ad deorum religionem.] Lambinus scribit se legere regionem. legat sanè, dummodo nobis relinquat alterum.

2. Improberum civium.] Pall. ambo ad scriptum habens, delictore hinc à sine chartæ duas, à nescio quo exactas.

M. TULLII CICERONIS
IN
L. CATILINAM
PRIMA,
HABITA IN SENATU.
ORATIO DECIMANONA.
SYNOPSIS.

Dissuadet Cicero, Catilinam conjurationem in Rempub. suspectam interfecta: suadet ut abeat vel in exilium vel ad bellum adversus patriam.



QUOSQUE tandem abutere, Catilina, patientia nostra? 1. quamdiu etiam furor iste tuus nos eludet? quem ad finem sese effrenata jactabit audacia? nihilne te nocturnum præsidium palatii, nihil urbis vigiliæ, nihil timor populi, 2. nihil concursus bonorum omnium, nihil hic munitissimus habendi senatus locus, nihil horum ora, vultusque moverunt? *pastre tua consilia non sentis? constrictam jam omnium horum conscientia teneri conjurationem tuam non vides? quid proxima, quid superiore nocte egeris, ubi fueris, quos convocaveris, quid consilii ceperis, quem nostram ignorare arbitraris? O tempora, o mores! Senatus hæc intelligit, consul videt: hic tamen vivit. 3. Vivit? immò verò etiam*

in senatum venit: sit publici consilii particeps; notat & designat oculis ad eadem unumquemque nostrum. Nos autem, viri fortes satisfacere reipublica videmur, si istius furorem, *ac cela videmus.* Ad mortem te, Catilina, duci 4. jussu consulis, jam pridem oportebat: in te conferri pestem istam, quam tu in nos omnes jamdiu machinaris. An verò vir amplissimus, P. Scipio pontifex maximus, Ti. Gracchum, mediocriter *labefactantem* statum reipublicæ, privatus interfecit: Catilinam verò, orbem terræ exde, atque incendiis vastare cupientem, 5. nos consules pefereamus? nam illa nimis antiqua prætereo, quòd 6. Q. Servilius Ahala Sp. Melium, novis rebus studentem manu sua occidit. Fuit ista quondam in hac rep. virtus, ut viri fortes acrioribus suppliciis *civem perniciosum*, quam acerbissimum

2. *Quamdiu etiam furor iste tuus nos eludet?* Ita isthæc collocat Guelmari. Fabric. Colon. S. Victor. item edd. vici. sed tamen, si credendum binis Palatinis, secundo ac sexto, abijcie ut etiam, referreturque, *quamdiu furor iste tuus nos eludet?* nam vocalem illam esse à malo manu arguit Pal. nonus in quo aliter collocatur, sic nemp: *quam etiam dicitur iste tuus nos.* decimus solum, *quam dicitur istam furor iste tuus eludet.* quomodo forte vulgo editur.

3. *Nihil concursus bonorum omnium.* Gellius ad miserat istud, secutus consensum librorum Fabric. Colon. S. Victor. hirsford. quibus accedunt non solum Pall. quatuor, sed omnis editio vetustior. suppositum est, *conscriptor*, non è libris, verum ex Quinciliano: qui quàm sæpe aliquid citat peram. Eligio, notum est eis qui versati in

bonis auctoribus.

3. *Viris omni verò etiam in senatu venit.* Pal. &c. non agnoscit istam, sext. id habet, sed exclusit *viris*. & meo iudicio alteram abesse poterat, si non utrumque. nam sanè Pal. nonus scribit *viris* *etiam*, quod & in edd. antiquis: adeo ut, ex variante lectione, si queat ferre de mendacio.

4. *Jussu consulis.* Minus invidiæ habere oratio, si legeretur *consulem*.

5. *Nos consules pefereamus.* Pal. *sext. pefereat*: non ita ineptè; ut quid aliud dicam.

6. *Q. Servilius Ahala.* Pighius libro III. Fall. Rom. docet restitendum *C. Servilium*, nos secuti sumus exemplaria scripta in quibus alterum; nisi quòd sextus ejus loco habere, & com virgula superjacent.

1. *Marius*

bisimum hostem coerceret: 1. Habemus enim senatusconsultum in te, Catilina, vehemens, & grave: non deest reipub. consilium, neque auctoritas hujus ordinis: nos, 4. nos, dico a parte, *consules desumus*. Decrevit quondam senatus, ut L. Opimius consul videret, ne quid resp. detrimenti caperet. nox nulla intercessit; interfectus est propter quosdam seditionum suspiciones 2. C. Gracchus, clarissimo patre, avo, majoribus: occisus est *cum liberis* M. Fulvius, consularis. Simili senatusconsulto, C. Mario, & L. Valerio eos s. permittit eis resp. unum annum postea L. Saturninum, tribunalum pl. & 3. C. Servilium prætorem, mors ac reip. poena remota est? At nos vicissimum jam diem patimur *hebescentia aciem* horum auctoritatis. habemus enim hujusmodi senatusconsultum, veruntamen inclatum in tabulis, 4. tanquam in vagina reconditum: quo ex senatusconsulto confestim interfectum te esse, Catilina, convenit. Vivis: & vivis non ad deponendam, sed ad confirmandam audaciam. Cupio, P. C. me esse *elementem*: cupio in tantis reip. periculis non dissolutum videri: sed jam me ipsum 5. inertem, nequitiaque condemno. Castra sunt in Italia contra Remp. in Etruriz faucibus collocata: crescit in dies singulos hostium numerus: eorum autem Imperatorem castrorum, ducemque hostium, intra moenia; & atque adeo in senatu videmus, *intestinas* aliquam quovis die *perni rem reip.* molientem. Siste jam, Catilina, comprehendenti, si interfici jussit: credo, erit verendum mihi, ne non hoc potius omnes boni *ferri* a me, quam quicquam *crudelius* factum esse dicant. Veum ego hoc, quod jam pridem factum esse oportuit, certa de causa nondum adducor ut faciam. 6. tum denique interficiam te, cum jam nemo tam improbus, tam perditus, tam tui similis inventi poterit, qui id 6. non *jure factum* esse fateatur. Quamdiu quicquam erit, qui te defendere audeat, vives: & vives ita, ut nunc vivis, multis meis, & firmis praesidiis *obessus*, ne commovere te contra republ. possis. multorum te etiam oculi, & aures non sentientem, sicut adhuc fecerunt, speculabuntur, atque custodient. Etenim quid est, Catilina, quod jam amplius expectes, si neque nox tenebris 7. obsecratis nefarios, nec privata domus parietibus continere vocem conjurationis tua potest? 8. si illustrantur, si erumpunt omnia? Muta jam istam mentem: mihi crede: oblitiscere cedis, atque incendiis tuis. teneris undique: luce sunt claraiora nobis tua consilia omnia: quae etiam mecum licet 7. *recognoscas*. Meministine, 9. me ante diem XII. Kalendas Novemb. dicere in senatu, certo die fore in armis, qui dies futurus esset 10. ante diem VI. Kal. Novembreis, 15. C. Manlium, audaciae satellitem, atque administratum tuae?

num me fecellit, Catilina, non modò res tanta, tam atrox, tam incredibilis, verum, id quod multo magis est admirandum, dies? Dixi ego idem in senatu, eadem te optatum contulisse in ante diem V. Kalendas Nov. tum cum multi Principes civitatis Roma non tam *sui conservandi*, quam tuorum consiliorum reprimendorum causa profugerunt. Num infitari potes, te illo ipso die meis praesidiis, mea diligentia circumclusum, commovere te contra rep. non potuisse, cum tu discessu ceterorum, nostra tamen, qui remansissemus, eade contentum te esse dicebas? 12. Quid? cum tute Praeneste Kalendis ipsis Nov. occupaturum nocturno impetu esse consideres: sensistine, illam coloniam meo jussu, meis praesidiis, custodiis, vigiliisque esse *muntam*? Nihil agis, nihil moliris, nihil cogitas, quod ego 13. non modo non audiam, sed etiam non videam, planèque sentiam. Recognosce tandem mecum illam superiorem noctem, jam intelliges multo me vigile ac acrius ad salutem, quam te ad perniciem reipub. Dico te priori nocte venisse inter falcarios (non agam obliuere) in M. Lecca domum: convenisse eodem complureis ejusdem amentiae, scelerisque socios: num negare audes? quid taces? convincam, si negas. Video enim esse *hic in senatu* quosdam, qui tecum una fuere. O Di immortales! ubinam gentium sumus quam temp. habemus? in qua urbe vivimus? Hic, hic sunt in nostro numero, P. C. in hoc orbis terrarum sanctissimo, gravissimoque consilio, qui de meo, nostrumque omnium in eritu, qui de hujus urbis atque adeò orbis terrarum exitio cogitent. hosce ego video contul, & de rep. sententiam rogo: & quos ferro trucidari oportebat, eos nondum voce vulnero. Fuisit igitur apud Leccam illa nocte Catilina: distribuisit partes Italiae: stituit quò quemque proficisci placeret; delegisti quos Roma relinqueres, quos tecum educeres: descripsisti urbis partem ad incendia: confirmasti, te ipsum jam esse exiturum: dixisti paululum tibi esse etiam tum *moram*, quòd ego viverem. Reperti sunt duo equites Romani, qui te ista cura liberarent. & sese illa ipsa nocte paulo ante lucem me in meo lectulo interfecturos pollicentur. Hæc ego 10. omnia, vix dum etiam coetu vestro dimisso, comperi: domum meam majoribus praesidiis munivi, atque firmavi exclusi eos, quos tu mane ad me salutarum miseris; cum illi ipsi venissent, quos ego jam 14. multis ac summis viris ad me venturos id temporis esse praedixeram. Quæ cum ita sint, Catilina, perge quo cœpisti, egredere aliquando ex urbe: patent portæ: proficiscere, nimium diu te Imperatorem illa tua Manliana castra desiderant. educ tecum *etiam* omnes tuos, si minus, quam plurimos, purga urbem.

E c magno

1. *Habemus enim s. c.* Pal. soc. *Habemus verò*, alterum tamen remanet in ceteris nostris, item Guelmianis, excep. o. Fabriciano infima vetustatis. Muretus tamen affirmat, veteribus suis abussis.
2. *C. Gracchus clarissimo patre, avo, majoribus*.) Hanc emendationem diu est quod vendit Carrion lib. I. Antiq. Lect. cap. 17. Modius Epistola V. Novantiq. habuitque item in schedis suis Guelmianis; anhorat quæcitta omnino legit in vver. quo puro designari exemplar S. V. etoris prope Parisios, vulgata; patre natus, avo majoribus.
3. *C. Servilium prætermore ac resp. poena remota est?*) Est à quatuor Palatinis, item Gemblacensi & Colon. imo non aliter vetustis cuss recentiores enim, C. Servilium nunc ac resp. poena, etc. Lambini emendatio longissime abic à libris.
4. *Tanquam in vagina*.) Palatinus nullus habuit præterea gladius imo ne editio quidem CCCCXXXIII. servat tamen ornatum prima. sed nec est in Mureti, Lambini, etc. d. scriptis; imo nec H. tr. aut vver. vocem eam admittit. itaque collendam putavi cum Guelmiano ac Manuicio nepote.
5. *Atque adeo in senatu videmus*.) Haud aliter Palatinis, ac H. tr. & vver. videtur, quod placuit Guelmiano, ut eo magis arguatur Cicerois ignavis quod senatores vident & taciti septelionant.
6. *Tam denique interficiam te*.) Nihil ab hac dissentiant Pall. sed Lipsius libro III. Var. Lect. cap. 22. Modius Epil. V. prodidere reitare in scriptis suis, itaque reperitque in Colon. Guelmianis, videturque modestius ac gravitate consulari dignius.
7. *Obsecratisque nefariis*.) Zinzeringus nosse promissis cap. 47.

8. *si illustrantur*.) Nonius illustrantur, alterum tamen restat in miss. nostris. Modius d. Epistola V. conspici, illustrantur, non abstrudè.
9. *Me ante diem XII. Kal. Novembreis*.) Colon. liber. me inane d. resp. *oblitiscere* sic Propertius: *Hic dominam eximile pueri inane meam*. laudant Modius ac Guelmianus. nostri Pall. hec nihil discrepant à vulgaribus: sed infra statim omnes habentia ante diem IX. Kalend. Novemb. nisi quod lect. in aut diem V. Kalend. Novemb. adeò ut dictio ea heic quoque admittenda videatur.
10. *Ante diem VI. Kalend. Novemb.*) Quod discrepant Palatinis, & hanc d. v. Manlio adstrueret Sallustius, auctorique nostris etiam adscriberet Priscianus, rejeci vulgatum prius IX. Kalend. Novemb. etiam rei iudicium debent præceptoris meo Iusto Lipsio, qui consulatur lib. II. Var. lect. cap. 3.
11. *C. Manlium*.) Lipsius d. loco legit. È miss. suis *Manlium*, sed nostri & Guelmianis alterum tventur, præter unicum Gemblaceni em, ut annotavit Guelmianus.
12. *Quid cum tute Praeneste, etc.*) Multum vetustatis huic periodo accessit, revocata vocula, & Pall. duobus & H. tr. ac vver.
13. *Non modo non audiam, sed etiam non videam*.) Obtemperavi scriptis lib. II. C. c. quorum meminit lib. XII. Observ. cap. 32.
14. *Misere ac summis viris*.) Sic Pall. aliorumque cuss. nam recentius cuss aberaus, *summis*, etiam Manuianis.

magno me metu liberabis, dummodo inter me, atque te
mutua intersit. nobilium versari jam diutius non potes:
 non feram, non patiar, non sinam. Magna diis immorta-
 libus habenda est gratia, atque huic ipsi Jovi Statori, anti-
 quissimo custodi hujus urbis, quod hanc tam tetricam, tam
 horribilem, tamque insectam reipublice *passim* toties jam
 effugimus. 1. NON EST *pius* in uno homine salus sum-
 ma periclitanda reipublice. Quam diu mihi consuli desi-
 gnato, Catilina, insidias es, non publico me praesidio, sed
 privata diligentia defendi, cum proximis comitis consula-
 ribus me consulem in campo, & competitors tuos inter-
 ficere voluisti, compressi tuos nefarios conatus amico-
 rum praesidio, & copiis, nullo tumultu publice concitato:
 denique, quotiescumque me petisti, per me mihi obtinui:
 quamquam videbam, perniciosam meam cum magna cala-
 mitate reip. esse conjunctam. nunc jam aperte reimp. uni-
 versam petis: templa deorum immortalium, tecta urbis,
 vitam omnium civium, Italiam denique totam, ad exit-
 ium, & vastitatem vocas. Quare, quoniam id, quod pro-
 prium est, 2. facere nondum audeo: faciam id, quod est
 ad severitatem 3. lenius, ad communem salutem *volens*,
 nam, si te interfici jussero, relidit in repub. reliqua con-
 juratorum manus. sin tu (quod te jam dudum horro) exie-
 ris: exhaurietur ex urbe tuorum comitum magna, & per-
 13. *niciosa sentina reip.* Quid est, Catilina? num dubitas id,
 me imperante, facere. quod jam tua sponte faciebas? Ex-
 ire ex urbe consul hostem jubet. interrogas me, num in
 exilium? non jubeo: sed si me consulis, uradeo. Quid
 enim, Catilina, est, quod te jam in hac urbe delectare
 possit? in qua ne no est, extra istam conjurationem per-
 ditorum hominum, qui te non metuat, nemo, qui non
 oderit? Quae nota domestica turpitudinis non in qua vir
 tua est? 4. quod privatarum rerum dedecus non haeret in-
 famia? quae libido ab oculis quod facinus a manibus un-
 quam tuis, quod flagitium a toto corpore absuit? cui tu
 adolescentulo, quem corruptelarum illecebris irretisses,
 non aut ad audaciam, ferrum, aut ad libidinem, faciem
 14. *atque*? Qui vero? naper, cum morte superioris uxo-
 ris, 5. novis nuptiis domum vacuum fecisses. nonne etiam
 alio incredibili scelere hoc scelus cumulaisti? quod ego
 praetermitto, & facile parior fieri, ne in hac civitate tan-
 ti facinoris humanitas aut existisset, aut non videretur esse vi-
 deatur. Praetermitto ruinas fortunatum tuorum, quas o-
 mneis impendit tibi. 7. proximis idibus senties. ad illa
 venio, quae non ad privatam ignominiam vitiorum, non
 ad domesticam tuam difficultatem, ac turpitudinem, sed

ad summum reipublicae, atque ad omnium nostram vitam,
 salutemque pertinent. Potestne tibi hujus vitae haec lux, ut
 Catilina, aut hujus casti spiritus esse jucundus, cum scias,
 horum esse neminem, qui nesciat, te pridie Calendas Jan.
 Lepido, & Tullo, Coss. stetit in comitio cum telor-
 manum, consulum, & principum civitatis interficendo-
 rum causa, paravisse? sceleri, ac furori tuo non mentem
 aliquam, aut timorem tuum, sed fortunam reip. obtinisse?
 Ac jam illa omitto. neque enim sunt aut obscura, aut
 non multo postea commissa. quoties tu me designatum,
 quoties me consulem 7. interficere conatuses? quot ego
 tuas petitiones ita coniecas, ut vitari posse non videren-
 tur, parva quadam declinatione, & ut ajunt, 3. corpore effugi,
 nihil agis, nihil assequeris, nihil moliris? quod mihi la-
 tere valeat in tempore: neque tamen conari, ac velle desi-
 stis. 10. Quoties jam tibi extorta est sica ista de manibus?
 quoties vero excidit casu aliquo, & elapsa est? tamen ea
 carere diutius non potes: quae quidem quibus abs te initia-
 ta facris, ac devota sit, nescio, quod eam necesse putas
 consulis in corpore defigere. Nunc vero, quae tua est ista
 vita? sic enim jam tecum loquitur, non ut odio permotus
 esse videat. quo debeo, sed ut misericordia, quae tibi nul-
 la debetur. Venisti paulo ante in senatum. quis te ex hac
 tanta frequentia, ex tot tuis amicis, ac necessariis saluta-
 vit? Si hoc post hominum memoriam contigit nemini,
 vocis expectas contumeliam, cum sis gravissimo judicio
 taciturnitate oppressus? Quid, quod adventu tuo ista
 11. tubellia vacua facta sunt? 12. quod omnes consulates,
 qui tibi per sepe ad eadem constituti fuerunt, 13. simulat-
 que affledisti partem istam tubelliorum nudam, atque inane-
 nem reliquerant? Quo tandem animo hoc tibi teten-
 dum putas? Servi mehercle mei si me isto pacto metue-
 rent, ut te metuunt omnes cives tui, domum meam relin-
 quendam putarem: tu tibi urbem non arbitraris? & si
 me meis civibus 14. injuria suspectum tam graviter, atque
 offensum viderem; carere me aspectu civium, quam in se-
 stis oculis omnium conspici mallem. tu cum conscientia
 scelerum tuorum agnoscas odium omnium justum, &
 jam tibi diu debitum, dabis, quorum mentes, sensus-
 que vulneras, eorum adspertum, praesentiamque vitare?
 Si te parentes timerent, atque odissent tui, neque eos ulla
 ratione placare posses: ut opinor, ab *corpore oculis* aliqua
 concederes. nunc te patria, quae communis est omnium
 nostrum parens, odit, ac metuit: & jamdiu de te nihil
 judicat, nisi de patricio suo cogitare: hujus tu neque au-
 ditoritatem velere, neque judicium sequere, neque vim
 perimesses? Quae tecum, Catilina, sic agit, & quodam-
 modo

1. Non est pius in uno homine salus summa periclitanda reipub. T. se-
 dit, haud dubium magistri esse profena monere dudum aliademque
 in meotum quoque nuper venit Zinzler ngo nostro, qui adeatur Pro-
 muldis cap. XLIX
 2. Facere audent audent. Particulam dum, addidit suasa Pall. & alio-
 rum mss.
 3. Lenius, ad communem salutem volens. Scripti nostri, (nostros cum
 dico am Pall. sent o quodam G. G. elmvianos) lenius, ad eor. ut non te-
 mere suspicemus fasile se pro pra. quod adhuc in multis marmari-
 bus.
 4. Quod privatarum rerum dedecus non haeret infamia? Forlan non inharere
 sua fama? nam Pal. pr. com habere, non habet infamia 3. superstiti, sit,
 haret in a. praeterea Fabr. & Har. di forte p. g. ferent, in haret infamia. Tur-
 achus lib. XXX. c. 15. acquiescit Lamb. mano, non haret in fama.
 5. Novis nuptiis domum vacuum fecisses. Carrion b. t. Antiq. Teet. cap.
 18. reponendum monuit ex m. l. i. r. v. a. u. r. f. i. s. s. & ita sine est in Pal.
 nono; iten Vverd. Hic Fabr. probabatque p. r. o. n. G. u. l. i. e. m. i. o. s. n. e.
 6. Proximis idibus. Quare 7. videlicet apud Petrum Pithacum hb. II.
 Adver. suble. cap. 4.
 7. Interficere conatus es? Modius istud ponus habuit Ep. v. & vo-
 ro exilat a prima manu in Hic. & lecuada in Pal. sec. ac Vverd. neque
 aliter editio pr. neeps. vulgo v. i. n. f. i.?
 8. Corpore effugi. Nihil variatius reperi in m. s. aut G. u. l. i. e. m. i. o. s. n. e.
 9. G. u. l. i. e. m. i. o. s. n. e. effugit ad Lucretium in *Exire*, h. m. e. in sub. corp.

excit: quomodo hunc locum laudar Servius IX. Aeneid. quod per-
 placet, gladiatorum enim verbum est. Lambino nemo auscultabit qui
 novit inimicitias ejus cum altero illo.
 9. Quid mihi latere valeat in tempore. Pal. Lexis & nonus & v. ho-
 ram verborum nullum habent vestigium. & vero sunt ser. bae alienus
 aditamentum. nam & prima editio solum habet, quod me latere valeat,
 sine illo, in tempore. Modus: amen mire digladiatur contra Fulvium no-
 strum pro illo suo, quod me latere vult in tempore: quod etiam in Col. re-
 perit G. u. l. i. e. m. i. o. s. n. e.
 10. Quoties jam tibi extorta? Vulgo reperitur, Quoties jam, quoties jam
 tibi. sed sic nulli scripti nostri, nullae ead. veteres: neque aliquid in eo
 subodoror elegant.
 11. Tubellia vacua facta sunt. Fabr. Hic. Vverd. item Pal. nonus, nec
 non Carrionis ac Lambini m. l. i. r. v. a. u. r. f. i. s. s. ut supra.
 12. Quod omnes consulates. Antea praemittatur quid quod. sed ea non
 invenitur in m. s. nostris aliorum ve.
 13. Simulatque affledisti. Colon Basilicenus, subledisti: nec refugit
 G. u. l. i. e. m. i. o. s. n. e. est enim proprie insidiatorum, qualis hic Catilina, non
 nimis abhorret a Senatore. nam & subledere subledisti, unde Pompejus
 Senatum longum subledium nominabat.
 14. Injuria suspectum tam graviter, atque offensum viderem. Muretas
 probat e huius in fra. jam male. Videndum potius an non spectatum miran-
 dum in sus. celum, quod est in Pal. sec. sexto, decimo. Fabr. Vverd. nam
 Pal. nonus neutram vocem agnoscit.

modo tacita loquitur. 1. NOLLUM ALIQUOTIAM ANNIS facinus exstitit, nisi per te: nullum flagitium sine te: tibi uni multorum civium necesse, tibi vexatio, direptione sociorum, *impunita fuit* ac libera: tu non solum ad negligendas leges, ac quaestiones, verum etiam ad evertendas, perfringendasque valuisti. Superiora illa, quamquam ferenda non fuerant, tamen, ut potui, tibi nunc verò me totam esse in metu propter te *timor*: qui quid increpaverit, Catilinam timeri: nullum videri contra me consilium iniri posse, quod à tuo scelere abhorreat; non est ferendum. Quam obrem discede, atque tunc mihi timorem eripe: si *verus*, ne opprimar; sin *fallus* ut tandem aliquando timere desinam.

19. Hæc sit tecum, ut dixi, patria loquatur, nonne impetrare debeat, etiam si vim adhibere non possit? Quid? quod tu te ipse in custodiam dedisti? quid? quod, vitandæ suspitionis causa, apud M. Lepidum te habitare velle dixisti? à quo non receptus; etiam ad me venire ausus es; atque, ut domi meæ te asservarem, rogasti, cum à me quoque id responsum tulisses, me nullo modo posse iisdem parietibus tuò esse tecum, qui magno in periculo essem, quod *idem manibus* contineremur: ad Q. Metellum patrem venisti; à quo repudiatus, ad sodalem tuum, vitum optimum, M. Marcellum demigrasti: quem tu videlicet & ad custodiendum te, diligentissimum, & ad suscipiendum, sagacissimum, & ad vindicandum, fortissimum fore putasti. Sed *quam longè* videtur à carcere, atque à vinculis abesse debere, qui te ipsum jam dignum custodia iudicaverit? Quæ cum ita sunt, Catilina, dubitas, & si hic morari æquo animo non potes, abire in aliquas terras, & vitam istam multis suppliciiis iustis, debitisque ereptam, fugæ, solitudinique mandare? Refer, inquit, ad senatum (id enim postulas, & si hic ordo placere sibi decreverit, te ire in exilium) obtemperatum esse dicit. Non referam id quod abhorret à meis moribus: & tamen faciam, ut intelligas, quid hi de te sentiant. Egrederere ex urbe, Catilina: libera rempublicam metu: in exilium, si hanc vocem expectas, proficiscere. Quid est, Catilina? & quid attendis, & quid animadvertis horum *silentium*? patiuntur, tacent, quid expectas auctoritatem loquentium, quorum voluntatem tacitorum perspicis? At si hoc idem huic adolescenti optimo, P. Sextio, si fortissimo viro, M. Marcello dixissem; jam mihi consuli hoc ipso in templo, iure optimo lenatus vim, & manus intulisset. de te autem, Catilina, *curo quiescunt*, probant: cum patiuntur, decernunt: cum tacent, clamant. neque hi solum, quorum tibi auctoritas est videlicet cara, vita vilissima: sed etiam illi equites Romani, honestissimi, atque optimi viri, cæterique fortissimi cives, qui circumstant senatum: quorum tu & frequentiam videre, & studia perspicere, & voces paulo antè exaudire potuisti. quorum ego vix abs te jamdiu manus, ac relactineo: eosdem facile adducam, utte hac, quæ jam pridem vastare studes, relinquente, usque ad portas profugantur. Quamquam quid loquor? te ut ulla res frangat? tu ut umquam te corrigas? tu ut illam fugam meditere? ut

illum tu exilium cogites? 4. Utinam tibi istam mentem dii immortales ducant! tamet si video, si mea voce perterritus ire in exilium animum induxeris, quanta tempestas invidiæ nobis, si minus in præsens tempus, recenti memoria scelerum tuorum, at in posteritatem impendat. Sed est mihi tanti, dummodo ista privata sit calamitas, & à reipublicæ periculis sejungatur. Sed ut vitis tuis commoveare, ut legum pœnas pertimescas, ut te poribus reipublicæ concedas, non est postulandum. 5. neque enim is es, Catilina, ut te aut pudor à turpitudine, aut metus à periculo, aut ratio à furore revocant. Quamobrem ut sæpe jam dixi, proficiscere: ac, si mihi inimico, ut prædicas tuo consilare vis invidiam, rectè perge in exilium; vix feram sermones hominum, si id feceris: vix molem istius invidiæ, si in exilium iteris julii consulis, sustinebo. sin autem servire meæ laudi, & gloria mavis; egredere cum importuna sceleratorum manu: confer te ad Manlium: concita perditos civeis: secerne te à bonis: infer patriæ bellum: exulta impio latrocinio, ut à me non *speltus*, ad alienos, sed *invitatus*, ad tuos iste videas is. Quamquam quid ego te invitem, à quo jam sciam esse præmissos, qui tibi ad forum Aurelium præstolarunt armati? 6. sciam paciam & constitutam esse cum Manlio de nã quod etiam a *quædam* illam argenteam, quam tibi, à tuis omnibus pernicioliam esse confido, & sanctam futuram, cui domi tuæ sacrarium scelerum tuorum constitutum fuit sciam esse præmissam? Tu ut illa diutius carere possis, quam venerari, ad eadem proficiscens, solebas? à cuius altaribus sæpe istam dexteram impiam ad necem civium transfulisti? Ibis tandem aliquando, quò te jam pridem tua ista cupiditas effrenata, ac turpissima rapiebat. Neque enim tibi hæc res affert dolorem, sed quandam incredibilem voluptatem, ad hanc te amentiam natura peperit, voluntas exercuit, fortuna seivavit, numquam tu modò otium, sed ne bellum quidem, nisi nefarium concupisti. nactus es ex perditis, atque ab omni non modò fortuna, verum etiam spe derelictis, constarum improborum manum. Hic tu quâ lætitia perficere? quibus gaudiis exultabis? quanta in voluptate bacchabere, cum in tanto numero tuorum neque audies vitum bonum quemquam, neque videbis? Ad hujus vitæ studium meditati illi sunt, qui feruntur, labores tui: jacere humi non modò ad obsidendum stuprum, verum etiam ad facinus obcundum: vigilare non solum insidiantem somno maritorum, verum etiam bonis occisorum. Habes ubi ostentes istam præclaram tuam patientiam famis, frigoris, inopie iterum: quibuscum brevi tempore confectum esse senties. Tantum profeci tum, & cum te à consulatu repuli, ut exul potius tentare, quam consul vexare temp. posses: atque ut id, quod esset à te icelerate susceptum, latrocinium potius, quam bellum nominaretur. Nunc, ut à me, P. C. quondam propè justam patriæ querimoniam detester, ac deprecet: percipite, quaeso, diligenter, quæ dicam, & ea penitus animis vestris, mentibusque mandate, Etenim, si mecum patria, quæ mihi *vita* mea multo est carior: si

Ff 2 cuncta

1. Nollum aliquotiam annis facinus.) Molles sic mss. nostri quàm ut hæcenus lectum; Nollum jam tot annis facinus, quod tamen non est in exoletis editionibus. Supra etiam rescripti, de te nihil iudicet; volentibus iisdem membranis.

2. Ad vincendam profingendatque.) Habent istud Pall. item Mureti, nec non aliorum mss. firmantque veritate edicunt, nisi quod ut ad devincendum, vulgare tamon passim ad *verendum*. imò ubi præcedit non solum ad *verendum* legi.) est in Fabr. & Birt. ad *verendum* leges: Gulielmus p. ubi verum esse ad *verendum*, ut *veritas*, leges ac quaestiones, qui efficit ne legelata de maleficiis suis queratur: *veritas*, qui lege jam lata & quaestione constituta vim iudiciorum perfringit.

3. Si heic morari æquo animo non poter.) Hand aliter Pall. nostri edicuntque nam Victorius, *si morari æquo animo*. Sic sequentes & heic *morari*, quod impugnat Zinzeringus capite XLVIII.

4. Utinam tibi istam mentem dii immortales ducant.) Suppleditavim mihi hanc lectionem Cujacius, affirmatque exulare in mss. quos excusit lib. XII. Emendat, cap. 3. prius legebamus, *ducant*, aut *darent*, omnino insulsi.

5. Neque enim is es Catilina, ut te aut, etc.) Idem Cujacius producit ex iisdem libris: *neque enim si Catilina si te aut, etc.* nondum ausim sequi, alterum illud tuetur s. mss. nostris omnibus, nec non olim culis. nam posteriores Catilinasie erret.

6. Sciam paciam & constitutam.) Omnes mss. nostri præmittunt eam, neque locus antiquus impressi emendat levites, sed vere Gulielmii, *sci sciam paciam, etc.* manifeste enim capitur *πολυπραγ*, à quo, cui, à quo Mureti correctio, & à libris longius discedit, & sententiam corquerquam tamen Lambinus jam in libros receperat, & quidem cum e-logio tamquam si à mss. esset, non à conjectura.

7. Non solum insidiantem somno maritorum, verum etiam bonis occisorum.) Sic Pal. nonus, item Gembl. & Vverd. inapte antea publicabatur, non solum ad *insidiantem somno maris*, idem tres mss. item Pal. sec. servant *insidiantem* quod examinantur otiosiores me.

8. Cum te à consulatu repuli.) Lambinus *repuli*, contra libros, & Latine loquentium consuetudinem, *repellere* Verbum est comitale; unde *repulsi*.

cuncta Italia, si omnis respublica loquatur: M. Tulli, quid agis? tunc eum, quem esse hostem comperisti: quem ducem belli futurum vides, quem expectari Imperatorem in castris hostium sentis, auctorem sceleris, principem conjurationis, evocatores servorum, & civium perditorum, exire patieris, ut abs te non emissus ex urbe, sed immissus in urbem esse videatur? nonne hunc in vincula duci, non ad mortem rapi, non summo supplicio mactari imperabis? quid tandem impedit te? *mosne majorum?* at per sepe etiam privati in hac republica perniciosos civeis morte multarunt. An *leges*, quae de civium Romanorum supplicio rogatae sunt? at numquam in hac urbe illi, qui a republica defecerunt, civium jura tenuerunt. An *invidiam* posteritatis times? praeclearam verò populo R. referas gratiam, qui te, hominem per te cognitum, nulla commendatione majorum, tam maturè ad summum imperium per omneis honorem gratias extulit, si propter invidiam, aut alicujus periculi metum salutem civium tuorum negligis.

29 Sed, si quis est invidiae metus, num est vehementius severitatis, ac fortitudinis invidia, quam inertiae, ac nequitiae pertimescenda? An, cum bello vastabitur Italia, vexabuntur urbes, tecta ardebunt: tum te non existimas *invidiae incendio* conflagraturum? His ego sanctissimis reipublicae vocibus, & eorum hominum, qui idem sentiunt, mentibus, pauca respondebo. 1 Ego, si hoc optimum factu judicarem, P. C. Catilinam morte multari: unius usuram horum gladiatorum illi ad vivendum non dedissem. Etenim, si summi viri, & clarissimi cives, Saturnini, & Gracchorum, & Flacci, & superiorum complurium sanguine non modo senon *contaminarunt*, sed etiam *honestarunt*: certe verendum mihi non erat, ne quid, hoc parricida civium interfecto, invidiae mihi in posteritatem redundaret. Quod si ea mihi maxime impenderet: tamen hoc animo semper fui, ut *INVIDIAM* virtute partam, gloriam, non invidiam putarem. Quamquam nonnulli sunt in hoc ordine: qui aut ea, quae imminet, non videant: aut ea, quae vident, disimulent: qui spem Catilinae mollibus, sententiis aluerunt, conjurationemque *nascentem*, non credendo corroboraverunt. quorum auctoritatem secuti multi, non solum improbi, verum etiam imperiti, si in hunc animadvertissem, crudeliter, & regie factum esse dicerent. Nunc intelligo, si iste, quo intendit, in Manliana castra pervenerit, neminem tam stultum fore, qui non videat conjurationem

esse factam: neminem tamen improbum, qui non fateatur. Hoc autem uno interfecto, intelligo hanc reipublicam pestem paullisper reprimi, non in perpetuum comprimipolite. Quod si se ejecerit, secumque suos eduxerit, & eodem coeteros undique *collectos naufragos* aggregaverit: extinguetur, atque delebitur non modo haec tam adulta reipublica, verum etiam stirps, ac semen malorum omnium. Etenim jamdiu, P. C. in his periculis conjurationis, infidiisque versamur: sed nescio quo pacto omnium scelus, ac veteris furoris, & audaciae maturitas in nostri consulatus tempore erupit. Quod si ex tanto latrocinio iste unus tolletur: videbimur fortasse ad breve quoddam tempus cura, & metu esse relevati: periculum autem residet, & erit inclusum penitus *in venis*, atque in visceribus reipublicae. Ut saepe *NO MENS* agra morbo gravi, cum aestu, febrique jactantur, si aquam gelidam biberint, primo relevati videntur: deinde multo gravius, vehementiusque affliguntur: sic hic morbus, qui est in republica, relevatus istius poena, vehementius vivis reliquis ingravescet. Quare, P. C. secedant improbi, secedant se a bonis, unum in locum congregentur: muro denique, id quod saepe jam dixi, secedant a nobis: desinant infidari domi suae consuli, circumstare tribunal pratoris urbani, obsidere cum gladiis curiam, malleolos & facies ad instammandam urbem comparare. sit denique *inscriptum in fronte* uniuscujusque civis, quid de reipublica sentiat. Polliceor hoc vobis, P. C. tantam in nobis *COS.* fore diligentiam, tantam in vobis auctoritatem, tantam in equitibus Romae virtutem, tantam in omnibus bonis *consensionem*, ut Catilinae profectio omnia patefacta, illustrata, oppressa, vindicata esse videatis. Hisce omnibus, Catilina, cum summa reipublicae salute, & cum tua peste, ac pernicie, cumque eorum exitio, qui se tecum omni scelere, parricidioque junxerunt, proficiscere ad impium bellum, ac nefarium. Tum tu, Jupiter, qui iisdem, quibus haec urbs, auspiciis a Romulo es constitutus: quem *Statorem* hujus urbis, atque imperii verè nominamus; hunc, & hujus locos a tuis aris, coeterisque templis, ac tectis urbis, ac moenibus, a vita, fortunisque civium omnium arcebis; & omneis inimicos bonorum, hostes patriae, latrones Italiae, *scelerum facere intra se*, ac nefaria societate, conjunctos; aeternis suppliciis vivos, mortuosque mactabis.

M. TULLII CICERONIS

I N

L. CATILINAM

SECUNDA,

AD QUIRITES.

ORATIO VICESIMA.

SYNOPSIS.

Gratulatur de Catilina urbe, sine sanguine ac caede, ejecto. Hortatur Quirites ad urbis defensionem et custodiam.



TANDEM aliquando, Quirites, L. Catilinam, furentem audacia, scelus anhelantem, pestem patriae nefarie molentem, vobis, I atque huic urbi ferrum, flammamque minitantem,

ex urbe vel eiecimus, vel emisimus, vel ipsam aegredientem verbis profectus sumus. Abiit, excessit, evasit, erupit, nulla jam perniciis a monstro illo, atque prodigio manibus ipsis intra moenia comparabitur. Atque huic quidem

1. Ego si hoc optimum fuissem. Cujacii codd. fuissem. quod & in Pall. sexto.

2. Tunc huic urbi ferrum, flammamque minitantem. Genblacensis ac Vverd. ferris flammamque, non duplicat.

3. Egredientem verbis profectus sumus. Hic est lectio omnium veterum

1. Mactatis et factis ad instammandam urbem. Est à nostris omnibus vulgus, mactatis ad incendendum urbem facereque.

2. Mactatis et factis ad instammandam urbem. Est à nostris omnibus vulgus, mactatis ad incendendum urbem facereque.

3. Tunc huic urbi ferrum, flammamque minitantem. Genblacensis ac Vverd. ferris flammamque, non duplicat.